

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Meritum r
cum fonte primo

Sumpsisti nomen ex meritis,
custodi ut semper leteris ueritate uocabuli.
Nam cum omnis appellatio ad declarandas res uideatur imposita,
nimis absurdum est portare nomen alienum
et aliud dici quam possit in moribus inueniri.
Verum hec bone consciencie dicta sufficient
quia dubitari de illo creditur qui plurimis admonetur.

Cassiodorus ibidem (libro I).

Sumpsisti nomen ex meritis:
custodi, ut semper laeteris ueritate uocabuli.
Nam cum omnis appellatio ad declarandas res uideatur imposita,
nimis absurdum est portare nomen alienum
et aliud dici quam possit in moribus inueniri.
Verum haec bonae conscientiae dicta sufficient,
quia dubitari de illo creditur, qui plurimis ammonetur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 8.18.4-5 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., p.323, ll.31-36).